

# CONSILIORVM

siue Responsorum

CLARISSIMI VIRI

MARCI ANTONII PEREGRINI

Serenissimæ Reipublicæ Venetæ Iurisperiti, & Equitis,

ET IN PATAVINO GYMNASIO IVRIS PONTIFICII


*Prime Sedis Matutine Antecessoris meritissimi.*

VOLVMEN QVARTVM.

IN QVO VARIAE ET MVLTIPLES MATERIAE, NIMIRVM,  
Feudales, Emphyteuticæ, Iudiciales, Contractuum, Iurispatronatus, Minorum, Testamentariæ,  
Fideicommissariæ, Successionum, Legitimæ, Legitimitatis, Dotium, necnon aliæ passim  
in foro occurrentes tanta eruditione discutuntur, vt eas non amplius obscuras, aut  
controuersas, sed claras, & decisas eruditus quilibet conspexerit.

INDICE RERVM AEQVE AC SENTENTIARVM SERIE ALPHABETICA  
*methodicè digesto pro operis mole sat copioso adornatum.*

Cum Priuilegijs, & Superiorum Permissione.



V E N E T I I S, M D C I X.

Apud Euangelistam Deuchinum, & Io. Baptistam Pulcianum.



FRANCISCO MARIAE  
II. A R V V E R E  
DVCI VRBANI VI. SERENISS.

Marcus Antonius Peregrinus Patauinus iuricon-  
sultus, & Eques. S. P. D.



*Composito libro Quarto Responsorum Iuris meorum super varijs  
Causarum figuris ex factis mihi propositis in quo miscellanea multa  
de Rebus Magnis, de Regalibus, & Iurisdictionalibus, de Medijs,  
de Inferioribus, mihi ex diuersis Mundi partibus oblata resoluta le-  
guntur: Attractus gratia tua Princeps Ser. qua ex vetusto inchy-  
ta Urbani Curiae tuorum more maiorum homines scientijs addictos  
souerere soles, tibi in scientijs eminentissimo illum mitto. Quamuis  
autem non ignorem opus hoc meum impar esse, ut Celsitudo tua grauioribus occupata nego-  
cijs pro publico Regimine felicissimi status tui in eum oculos, & mentem dirigat, quippe  
quia in vniuersum de rebus, & priuatis negocijs agat, si tamen quandoque per ocium lue-  
bit, aliqua lectione non iniucunda huc lata comperiet. Sanè munus hoc meum qualecunque  
sit Altit. tuæ Principi in Terris Italici nominis fulgentissimo dicare constitui. Noui enim, si  
ad Nataliū Claritatem respiciamus, te parentum tuorum longa serie Principum, & Ducum,  
qui quidem Magnanimitate, Prudentia, Fortitudine, & Rei militaris peritia tantopere  
Clarissimi floruerunt, eminenter splendescere; sin vero animi tui virtutes contemplemur, e-  
quidem te ipsum Religione, Iustitia, Pietate, ceterisque supra numeratis dotibus Princi-  
pum nemini secundum fore: Teque Deo. Opt. Max. gratum hominem suspicimus. Nam  
postquam in annos processeras, & de posteritate in tanto Principatu tuo dubitabat Italia  
omnis; quod solum tuis humanis felicitatibus deesse cuncti videbant, Deus ipse bonorum  
omnium largitor in te respiciens vniuersum filium tibi cum vniuerso totius Italiae, & ex-  
ternorum Principum applausu dedit: Fortunate ergo Princeps: Nimirum Populi tui,  
qui ve tibi inserviunt, te tanto Principe latantur, & letanter viuunt. Vale diu felix, &  
me digneris, rogo, obsequentissimum Celsitudini tuæ, nominique tuo Sereniss. adscri-  
bere.*



# CONSILIORVM SEV RESPONSORVM

I V R I S

Marci Antonij Peregrini Patauini Sereniss. Reipub.  
Venetæ Iuricons. excellentiss. ac Equitis.

## LIBER QVARTVS.

### S Y M M A R I V M.

- 1 Maior etate alios precedere debet in seculo procedendo, & in dignitatibus.
- 2 Senior etas prævalet præsumptio in scientia, & bonis moribus.
- 3 Germanis mos est ut seniores præcedant iuniores.
- 4 Consuetudo in præcedentijs seruanda est, & sufficit decennialis consuetudo.
- 5 Electoratus Imperij dignitas suprema est.
- 6 Electoratus Imperij dignitas in Seren. Duce Ducali de Saxonia nunc residet penes descendentes à Sereniss. olim Alberto Duce.
- 7 Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem.
- 8 Creditor in diem non agit aduersus debitorem ut condemnetur ad sibi solvendum sic adveniente. nu. 7.
- 9 Filius patris vivente agere nequit ad declarationem iuris sui in rebus patris consensu suis ex feudalijs per patrem alienatis.
- 10 Conditionalia iura non tribuunt ius deducibile in iudicio de presenti.
- 11 Mortem liberi hominis sperari detestabile est. non est detestanda est & in iudicio non allegabilis spes mortis liberi hominis. nu. 10.
- 12 Præsentium rerum status attendendus & considerandus est.
- 13 Præteritorum non habetur ratio.
- 14 Futura sunt omnino incerta. nu. 12.
- 15 Certum tene, & dimitte incertum.
- 16 Exceptio dubia rei, non collidit actionem actoris iure fundatam.
- 17 Germanis consuetudo in præcedentijs principum de illis qui sunt de familia electorum.
- 18 Successionis potestas in electoratu in quæstione ponitur.
- 19 Saxonia familia Serenissime electoratus duos, & penes quos residet.
- 20 Electoratus successio an iure primogenituræ deferatur.

- 19 Regnorum & in Regnis successio alio iure defertur quam in alioijs.
- 20 Regnorum successio iure primogenituræ defertur de masculo in masculum.
- 21 Linea primogenita semper præferatur lineæ secundi, & lineæ secundi lineæ tertij in Regnorum successione.
- 22 Sanguis & sanguinis ratio continuatur in stirpe in omnes eius descendentes.
- 23 Caroli 4. Imper. Pragmatica de electoribus Imperij ponitur & de successione in iure electoratus.
- 24 Electoratus successio pragmatica Caroli. 4. regulata & constituta est sic, ut ab ea recedere non liceat.
- 25 Actus unius sufficit in interpretatione legum, ex consuetudine.
- 26 Senioribus vocatis semper ætatis ratio est habenda.
- 27 Maiore etate vocato præferri debet qui in etate prior sit.
- 28 Primogenitus ubi vocatur ad successionem intelligitur de primo nato tempore delatæ successionis.

### Consilium I.



uestio Sac. Ordini nostro proposita, super controuersijs de præcedentijs in sessionibus, progressibus, votis, & huiusmodi inter Serenissimos Principes ex Ducibus Saxonie nempe inter Principem de Analth Vinariensem, natum ex olim Sereniss. Duce Ioanne filio secundo genito olim Ioann. Gulielmi Ducis etate maiorem, & inter Sereniss. Principem Aldemburgicū, natum ex olim Sereniss. Federico Gulielmo filio primogenito memorati Ducis Ioann. Gulielmi etate minorem, sicque inter duos nobilitis, & Illustris. Patruales, super qua clacione pluma Germaniæ, & Italiæ scripserunt.

A Equi-

ris testatoris, sed longe post, contra communes omnium traditiones.

Et ad hoc, quæso, advertat Ill. Dom. V. quia aduersarij callide, & malitiose quærent decipere iudicium uestrum.

Addo denique, quod permutatio hæc facta per Augustinum ex sua industria sibi proficere debet, & in nullo læditur aduersariorū conditio, si hæreditaria possessio calculetur, & in æstimatione ponatur, cum æstimatio fieri debeat ad tempus mortis.

Et sicut si res in permutationem habita foret deterioris conditionis, nolent filie illam æstimari, sed possessionem hæreditariam, & ita iuris esset: ergo per contrarium postulant non sunt audiendæ. reg. l. fin. §. sed cum manifestissimi. C. de furt. & in l. pen. C. de solution. Et ita decisive contra filias iudicauit Clarif. Juriscons. Discalcius.

*Marcus Antonius Peregrinus Juriscons.*

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

A a B b C c D d E e

Omnes sunt Terni, præter, D, & E e, sunt Quaterni, Indice tamen excluso.



VENETIIS, Apud Euangelistam Deuchinum,  
& Io. Baptistam Pulcianum. 1609.